

PRAEFATIO.

Paucis, si quis Hermenevta bonus si-
 bi videatur, noritque cetera, & in
 promptu habeat classica, & recepti-
 moris dicta, is præter cursoriam le-
 ctionem vix alia ratione sacra Bi-
 blicia tractaverit, aut ulteriorem cu-
 ram eis excutiendis impenderit.
 Qua de re exstant Fechtii τὸ μακα-
 ρίτης, & aliorum Theologorum inge-
 nuæ, & a fanatico pruritu alienæ,
 conqueſtiones, ad quas, quia a Pro-
 phetismo noſtrorum temporum &
 nauſea bonorum a majoribus in nos
 derivatorum nihil traxere vitii, le-
 gitime provocatur. Igitur optarim,
 ut præter Hermenevticam illam &
 laudabilem Scripturas tractandi ra-
 tionem, quæ ad primas doctrinæ
 Chriſtianæ neceſſitates ſufficit, *ple-
 nior* aliqua Bibliorum *tractatio* af-
 furgat & invaleſcat, quam *Organi-
 cam* dici poſſe putem, quia com-
 monſtrat, quo pacto ſubactus lecti-
 one